

inter sacrificandum furiosè gerebant: unde à Varrone & Nonno annotatum est verbum, *gallare*, h. e. *furere*. Et sic 5. Galli dicebantur, quibus amputatus erat priapus, *Martial.* l. 2. Epigr. 45. p. 132. Versus inde est:

*Gallus, avis, populus, fluvius, Cybelesq;  
sacerdos.*

Cantharus i. eine Kanne &c. 2. Scarabæus, à *Κάνθων, ων*, asinus & *σοεις* ã i. e. *σπέρμα*, unde *σοείζειν* seminare, generare. Ratio nominis est, quod animalculum hoc è stercore asini nascatur, & vivat. Hinc Sophisma:

*O. cantharus vivit:*

*Poculum, è quò bibimus, est cantharus:*

*E. poculum, è quò bibimus, vivit.*

Talis fallacia est in voce *sustulit*, quâ Nero Aeneæ comparatur:

*Quis neget Aeneæ magni de stirpe Ne-  
vonem:*

*Sustulit hic matrem, sustulit ille Pa-  
trem.*

Mar-